eundem coadjutorem Rmi Cardinalis instituerit, creaverit,
ordinaverit, Quid, est quod in eo asciscendo, et pro coadjutore
agnoscendo facere dubitare illi possit, ac summus quidem Ponti-
fex una cum Collegii Cardinalium de Warmien. Capitu-
li obedientia nullam sibi promittens judicium sive notifica-
tionem rerum supradictarum eidem Capitulo sufficere, e-
stimavit, neque etiam nos aliud arbitrati sumus, si a nobis mis-
sum esse dicat Orator noster, ut Capitulo mentem ac volun-
tatem nostram explicet, exponatque quam Clementer quam
benigne, quam more majorum tum vero non modo nul-
lam Capituli injuria sed etiam singulari dignitate ac
commodo rem istam, quam antea aggressi sumus, et hoc tempo-
re perficiendam et promovendam esse cupiamus. Erit
autem officii et prudentiae illorum, eximium vero Pontificis
maximi de Cromero judicium et singularem Cardinalium earun-
dem et vero voluntatem postulatamque modo grato animo,
et alacri studio amplecti; neque resistendo frustraque nitendo et
summi Pontificis nostramque indignationem incurrere, et
sibi et toti isti multum odii quod perpetuo accensere, quem-
admodum pro nostra erga Ecclesiam Warmien. propensa gratia
et benignitate evenire minime velimus, ita plane confidi-
mus nobis a Venerabili Capitulo Warmien. et eo negocio
quod nulla re alia quam ipsa aequitate, justitiaque inni-
titur, plane satisfactum iri.